

# Größte Macht kann größten Nachteil bedeuten

(Cicero, De officiis 3, 82 – 88)

## Über dieses Dokument

URL dieser Seite: [www.schule-bw.de/faecher-und-schularten/sprachen-und-literatur/latein/texte-und-medien/cicero-philosophie/de-officiis/3/cicero-de-officiis-3-82-tyrann-kolometrisch.html](http://www.schule-bw.de/faecher-und-schularten/sprachen-und-literatur/latein/texte-und-medien/cicero-philosophie/de-officiis/3/cicero-de-officiis-3-82-tyrann-kolometrisch.html) – Dort sind auch Links zu grammatischen Erläuterungen eingefügt. Ferner sind dort andere Dateiversionen verlinkt: eine Version ohne Einrückung und eine vereinfachte Version.

\*-Symbol: Zu jedem mit einem \* gekennzeichneten Wort gibt es eine Übersetzungshilfe am rechten Rand.

Bearbeiter: Markus Häberle

---

## Zum Inhalt

Auch die Frage, wie man eine Diktatur kritisieren kann, sollte unter dem Aspekt der Nützlichkeit und des gerechten Handelns betrachtet werden. Cicero nimmt hier den Diktator Caesar in den Blick, der wenige Monate vor Abfassung des Textes ermordet worden war. Es geht hier weiterhin um die Grundfrage des 3. Buches von De officiis, ob es jemals einen echten Widerspruch zwischen dem Nutzen und dem Ehrenhaften geben kann. Zuerst fragt Cicero, ob es jemals Situationen geben kann, in denen Grausamkeit gerechtfertigt ist.

[3, 82]

Est ergo ulla res tanti\*  
aut commodum\* ullum tam expetendum,  
ut viri boni et splendorem\* et nomen  
amittas?

Quid est,  
quod afferre tantum\* utilitas\* ista,  
quae dicitur,  
possit,  
quantum\* auferre,  
si boni viri nomen eripuerit\*, fidem  
iustitiamque detraxerit\*?

tantī: so viel wert. Genitivus pretii  
commodum, commodī, n.: der Vorteil  
splendor, splendōris, m.: der Ruhm, der gute Ruf

tantum – quantum: in solchem Maße – wie  
ūtilitas ista, quae dicitur: das, was man dabei als  
Nutzen bezeichnet  
ēripere, ēripīō, ēripuī, ēreptum: wegnehmen,  
rauben  
dētrahere, detrahō, detrāxī, detractum: entreißen

Quid enim interest\*,  
utrum ex homine se convertat quis\* in  
beluam\*  
an hominis figura immanitatem\* gerat  
beluae\*?

quid interest, utrum ... an.: welchen Unterschied macht es, ob ... oder ob  
*quis* steht hier für *aliquis*. Die Vorsilbe *ali-* fällt bei *utrum* ebenso weg wie z. B. bei *si*.  
*bēlua, bēluae, f.:* die Bestie  
*hominis figurā:* unter der Maske/in der Gestalt eines Menschen  
*immānitās, immānitātis, f.:* die Bosheit, die Gefährlichkeit

Quid?  
Qui omnia recta et honesta neglegunt,  
dummodo\* potentiam consequantur,  
nonne idem\* faciunt,  
quod is,  
qui etiam socerum\* habere voluit eum,  
cuius\* ipse audacia potens esset?

*dummodō:* solange nur  
*idem ... quod:* dasselbe, wie

Utile ei videbatur plurimum posse alterius  
invidia\*.  
Id quam iniustum in patriam et quam turpe  
esset,  
non videbat.

*socer, socerī, m.:* der Schwiegervater (die Rede ist von Pompeius, der die Tochter Caesars heiratete; Pompeius wird hier unterstellt, er habe im Kielwasser von Caesars skrupelloser Machtgier selbst Einfluss gewinnen wollen)  
*cuius ...:* konjunktivischer Relativsatz, finaler Sinn  
*invidia, invidiae, f.:* die Verhasstheit  
*Id quam ... :* Übersetzen Sie zuerst den Hauptsatz.

Ipse autem socer in ore semper Graecos versus  
de Phoenissis\* habebat,  
quos dicam,  
ut potero;  
incondite fortasse sed tamen,  
ut res possit intellegi:  
„Nam si violandum est ius regnandi gratia,  
violandum est; aliis rebus pietatem\* colas.“

*Phoenissae, Phoenissārum:* Trojanerinnen (die „Phoenissen“ sind eine Tragödie des griechischen Schriftstellers Euripides)

Capitalis\* Eteocles vel potius Euripides,  
qui id unum,  
quod omnium sceleratissimum fuerit,  
exceperit.

*pietās, pietātis, f.:* der Respekt, die Rechtstreue

*capitālis (est):* ... verdient die Todesstrafe

Cicero vergleicht im Folgenden das Bestreben, in Rom als König zu herrschen (regnare) mit gewöhnlichen Vergehen, und kommt zu dem Ergebnis, dass diese ungerechte Herrschaft das größte Übel ist. Er hat dabei offensichtlich C. Iulius Caesar im Blick.

[83] Quid igitur minuta\* colligimus, hereditates\*,  
mercaturas\*, venditiones\* fraudulentas\*?

Ecce tibi\*,

qui rex populi Romani  
dominusque omnium gentium esse  
concupiverit\* idque perfecerit.

Hanc cupiditatem si honestam quis esse  
dicit,

amens\* est;

probat enim legum et libertatis interitum\*  
earumque oppressionem\* taetram\*  
et detestabilem\* gloriosam putat.

Qui autem fatetur  
honestum non esse in ea civitate,  
quae libera fuerit quaeque esse debeat,  
regnare,

sed ei,

qui id facere possit,

esse utile,

qua hunc obiurgatione\*

aut quo potius convicio\* a tanto errore coner\*  
avellere\*?

Potest enim, di immortales, cuiquam esse utile  
foedissimum\* et taeterrimum parricidium\*  
patriae,

quamvis is,

qui se eo obstrinxerit\*,

ab oppressis civibus „parens“ nominetur?

Honestate igitur dirigenda\* utilitas est,  
et quidem sic,

ut haec duo verbo inter se discrepare\*,  
re unum sonare\* videantur.

minūta, minūtorum, n.: Unbedeutendes, die  
Kleinigkeiten

hērēditās, hērēditātis, f.: die Erbschaft

mercatūra, mercatūrae, f.: das Geschäft

venditiō, venditiōnis, f.: der Verkauf

fraudulentus, fraudulenta, fraudulentum:  
betrügerisch

ecce tibi: schau dir den an

concupīscere, concupīscō, concupīvī, concupītum:  
begehren

amēns, amentis: von Sinnen, wahnsinnig

interitus, interitūs, m.: der Untergang

oppressiō, oppressiōnis, f.: die Unterdrückung

taeter, taetra, taetrum: hässlich

dētestābilis, dētestabile: verachtenswert

obiūrgātiō, obiūrgātiōnis, f.: der Vorwurf

convīcium, convīciī, n.: die Anklage

cōnārī, cōnor, cōnātus sum: versuchen

āvellere, āvellō, āvulsī, āvulsum: entreißen,  
erretten

foedus, foeda, foedum: abscheulich

parricidium, parricidiī, n.: der Mord

se obstringere (+ Abl.), obstringo, obstrīnxi,

obstrictum: sich schuldig machen (einer Sache)

dīrigere (+ Abl.): (an etw.) ausrichten, orientieren

inter sē discrepāre: einander widersprechen

ūnum sonāre: einen Einklang bilden

Die Herrschaft des Tyrannen ist mit vielfachen Ängsten verbunden.

[3, 84]

Non habeo\*,  
ad volgī\* opinionem\* quae maior utilitas  
quam regnandi esse possit;  
nihil contra inutilius ei,  
qui id\* iniuste consecutus sit\*,  
invenio,  
cum ad veritatem coepi revocare rationem\*.

Possunt enim cuiquam esse utiles angores\*,  
sollicitudines\*,  
diurni\* et nocturni\* metus,  
vita insidiarum periculorumque plenissima?

„Multi iniqui\* atque infideles\* regno, pauci  
benivoli“  
inquit Accius\*.

At cui regno?

Quod a Tantalo\* et Pelope proditum iure  
obtenebatur.

Nam quanto plures ei regi\* iniquos et infideles  
fuisse putas,

qui exercitu populi Romani populum ipsum  
Romanum oppressisset\*  
civitatemque non modo liberam,  
sed etiam gentibus imperantem servire sibi  
coegisset?

nōn habeo: ich weiß nicht. Von *non habeo* hängt ein indirekter Fragesatz ab, der mit *quae* eingeleitet wird.

volgus, volgī, n.: das Volk, die Menge

ad volgī opīniōnem: nach Meinung des einfachen Volkes

id: (gemeint ist die Herrschaft)

cōnsequī, cōnsequor, cōnsecūtus sum: erreichen  
ratiōnem ad veritātem revocāre: das Denken an der Wahrheit orientieren

angor, angōris, m.: die Angst

sollicitūdō, sollicitūdinis, f.: die Aufregung, die Sorge

diurnus, diurna, diurnum: am Tag

nocturnus, nocturna, nocturnum: in der Nacht, nächtlich

inīquus, inīqua, inīquum: ungerecht, missgünstig

īnfidēlis, īnfidēlis, īnfidēle: treulos

rēgnum, rēgnī, n.: Königsherrschaft (steht hier metonymisch für „König“)

Accius: (römischer Dichter, ca. 170-90 v. Chr.)

Quod a Tantalo ... obtenebatur: Der Herrschaft, welche von Tantalus und Pelops zu Recht ausgeübt wurde. (Tantalus und sein Sohn Pelops waren mythische Könige auf der Peloponnes.)

ei regi ... qui: (gemeint ist Caesar, den Cicero hier mit dem Schimpfwort „König“ belegt.)

opprimere, opprimō, oppressī, oppressum: unterdrücken, unterwerfen

Im folgenden Abschnitt spielt Cicero auf die Ermordung Caesars an.



Die Ermordung Caesars, nach Vincenzo Camuccini ([Wikipedia](#)). Das Bild wurde aus diesem Buch entnommen:  
Oscar Jäger, Geschichte der Römer, Gütersloh 1896 ([Bilder für den Lateinunterricht](#))

[85] Hunc tu quas conscientiae labe<sup>s</sup>\* in animo  
censes habuisse, quae vulnera?

Cuius autem vita ipsi potest utilis esse,  
cum eius vitae ea condicio sit,  
ut,  
qui illam eripuerit\*,  
in maxima et gratia futurus sit et gloria?

Quod si haec utilia non sunt,  
quae maxime utilia esse videntur,  
quia plena sunt dedecoris ac turpitudinis,  
satis persuasum esse\* debet nihil esse utile,  
quod non honestum sit.

Hunc tu ...: Hier liegt eine Verschränkung von  
Acl und Fragesatz vor. Beginnen Sie die  
Übersetzung so: Was glaubst du, welche ...  
lābēs, lābis, f.: die Verkommenheit  
ēripere, ēripiō, ēripuī, ereptum: entreißen,  
nehmen  
dēdecus, dēdecoris, n.: die Schande  
persuāsum est (+ Acl): man kann davon  
überzeugt sein, dass

Cicero führt ein Beispiel aus dem Krieg gegen den König Pyrrhus an. Hier hätte es die Möglichkeit eines unehrenhaften Anschlags auf den König gegeben.

[3, 86]

Quamquam\* id quidem cum saepe alias\*,  
tum Pyrrhi bello\* a C. Fabricio consule iterum\* et  
a senatu nostro iudicatum est\*.

Cum enim rex Pyrrhus populo Romano bellum  
ultrō\* intulisset cumque de imperio certamen  
esset cum rege generoso\* ac potente,  
perfuga\* ab eo venit in castra Fabricii eique est  
pollicitus\*,  
si praemium sibi proposuisset\*,  
se,  
ut clam\* venisset,  
sic clam in Pyrrhi castra rediturum et eum  
veneno\* necaturum.  
Hunc Fabricius reducendum curavit\* ad Pyrrhum  
idque eius factum laudatum a senatu est.

quamquam: dennoch

aliās (Adv.): auch sonst

Pyrrhī bellum: der Krieg gegen Pyrrhus  
(den König von Epirus, der 280-275 v.  
Chr. in Süditalien gegen Rom kämpfte  
und trotz mehrerer Siege aufgeben  
musste)

cōsul iterum: zum zweiten Mal Consul

iūdicāre: ein Urteil fällen

ultrō (Adv.): von sich aus

generōsus, generōsa, generōsum:  
edelmütig

perfuga, perfugae, m.: der Überläufer, der  
Deserteur

pollicēri, polliceor, pollicitus sum:  
versprechen, anbieten

praemium prōpōnere: eine Belohnung  
aussetzen

ut clam ... sic clam: genauso heimlich, wie  
er gekommen sei

venēnum, venēni, n.: das Gift

curāre (+ Gerundivum): dafür sorgen, dass

In der Zusammenfassung bekräftigt Cicero noch einmal, dass Hass und schändliches Verhalten niemals nützlich sein können.

Atqui\* si speciem utilitatis opinionemque  
quaerimus,  
magnum illud bellum perfuga\* unus et gravem  
adversarium imperii sustulisset\*,  
sed magnum dedecus et flagitium\*,  
quicum laudis certamen\* fuisset,  
eum non virtute, sed scelere superatum.

[§ 3, 87 wurde ausgelassen]

[88]

Potest autem ulli imperio,  
quod gloria debet fultum\* esse et benevolentia  
sociorum,  
utile esse odium et infamia\*?

atquī: wenn jedoch

tollere, tollō, sustuli, sublātum: beseitigen,  
aus der Welt schaffen. *Tollere* kann in  
anderem Zusammenhang auch  
„emporheben“ bedeuten.

sed magnum dedecus: ergänzen Sie  
„fuisse“ (es hätte bedeutet)

flāgitium, flāgitii, n.: die Schande

laudis certāmen: ein Wettstreit um Ruhm

fultus, fulta, fultum (+ Abl.): gestützt (auf  
etw.)

īnfāmia, īnfāmae, f.: die Ruhmlosigkeit, die  
Schande